DE
ABLATIVI CASUS
FORMIS PLAUTINIS.

Scripsit

Franciscus Buth.

LEOPOLI POMERANORUM.
a. MDCCCLXXIII.
Typis H. Badengoth.

De ablativi casus formis Plautinis.

Latini sermonis ablativi formas primo in -d exiisse cum ex cognatis linguis Sanscrita et Osca conicere liceat, tum vero ex multis Latinarum inscriptionum exemplis apertissimum est. Jlla vero d littera quoniam in exitu vocabulorum leniorem quendam sonum habebat (cfr. Corssen. de enunc. I² p. 196, Christ. in M. Rh. n. XXIII. p. 564), iam priscis temporibus coepta est oblitterari, atque ita evanuit, ut non subito prorsus omnino e sermone removeretur, sed, ut natura fert, paullatim lapsu temporum ex usu abiret, quo factum est, ut in eodem monumento ablativi et vetustiores et recentiores formæ inveniantur. Jn titulo enim Scip. Barb. (C. J. L. n. 30), qui initio VI sæculi factus est, „Gnaivod patre" et in alio quod eodem fere tempore compositum est monumento (C. J. L. n. 181) „aire multaticod" legimus. Quibus exemplis facile adducimur in sententiam, d illam primum a radicibus consonis, compluribus ablativis compositis, abiectam esse, etiamsi in eodem titulo Sc. Barb. extat exemplum, quod quamquam aliqua ex parte dubium est, tamen simul eodem tempore vocales radices „d" abiecisse testari queat, dico enim illud „Samnio (cepit)", quam Ritschelius quidem accusativi casus formam esse demonstrare conatus est, Mommsenus vero (C. J. L. I p. 17 med.) ablativi esse argumentis gravioribus studuit ostendere. Qua de forma quomodocumque cogitaveris, magnum tamen veri similitudinis habere videtur, a radicibus consonis „d" illam abici coeptam esse, quo facto etiam radices in a o u e desinentes illam „d" amiserunt.

Exempla igitur in inscriptionibus nobis tradita sunt haec:

Publio C. J. L. n. 33 circa med. VI sæc.
ioudicato
scito
quo
publico
} l. l. n. 197 initio VII saec.
patre l. l. n. 30 initio VI sæc.
aire „ „ 181 „ VI „
senatu (bis) 197 „ VII „
Aetolia „ 534 „ VI „
longa
vita
qua
} „ 33 „ VI „
sua
afleicta
decuma
facta
polucta
} „ 1175 „ VII „ .

Sed eorum tantum quae usque ad init. VII saec. facta sunt monumentorum exempla attuli.

Eodem vero tempore usque ad annum 568 illae formæ d littera finitæ occurrunt.

praidad C. J. L. n. 63 et 64.
Hinnad l. l. , 530 circ. a. 543.
sententiad
exstrad
suprad
ead
} „ „ 196 a. 568.
Gnaivod „ „ 30 init. VI sæc.
Benventod „ „ 19 a. 486.
multaticod „ „ 181 c. a. 554.
oquoltod
puplicod
preivatod
} „ „ 196 a. 568.
magistratud „ „ 196 a. 568.
airid „ „ 61 c. a. 554.
conventionid „ „ 196 a. 568.
facilumed „ „ 196 a. 568.
quod (circa)[1] „ 198, 13.
Ladinod „ „ 24.

[1]) „Quod“ ablativi formam esse contendit Buechelerus (Grundrisz

Quamquam igitur priscas formas a magistratibus in monumentis publicis per longius temporis spatium adhiberi, a scriptoribus vero atque poetis veteres formas facilius removeri patet, hoc tamen ex iis quæ supra explicata sunt perlucidum est, VI sæculo ablativi formas et vetustiores et recentiores adhibitas esse, unde nisi illi tum temporis scriptores miram quandam morositatem sectati essent, etiam Nævium Plautum Ennium veteribus illis ablativi formis usos esse apparet. Ac profecto ex Nævi et Enni scriptis bona fortuna factum est ut Servius Festus Gellius grammatici complures eiusmodi formas nobis prodiderint. Servius enim ex Nævi b. Pun. V. 8 „Troiade" pro „Troiad", Festus ex Enni Ann. V. 366 „alte delata" pro „alted elata", Gellius ex Enni Ann. V. 239 „quodcum"[2]) memoriæ prodiderint.

Quae cum ita sint, quis quæso tandem adhuc queat dubitare, quin etiam Plautus, qui medius inter illos viros et natus est et scripsit, illas quibus d littera addita est formas adhibuerit? Huc accedit testimonium quoddam Charisi I. 15 p. 87, quod quamquam veteres grammaticos de d illa non satis recte iudicasse ostendit, tamen frequenter eam adhibitam esse testatur. Verba sunt hæc:

Mos erat d litteram omnibus pæne vocibus vocali littera finitis adiungere, ut „Quo téd hoc noctis dícam proficiscí foras?", quod initium est Plauti Curculionis. Si vero grammaticus fere omnibus in vocalem exeuntibus vocabulis d litteram additam esse contendit et exemplum e Plauti comœdiis affert, quid tum veri est similius, quam etiam ceteris præter pronominum „med, ted" formas ablativis d litteram adiunctam esse? Etiam Quintilianus I 7, 12 prodit argumentum satis grave, ex quo quamquam etiam huic quid d illa esset non planum fuisse patet, tamen formas illas persaepe adhibitas esse videmus: „a Latinis veteribus d plurimis in verbis adiectam ultimam, quod manifestum est etiam ex columna rostrata, quæ est C. Duilio in foro posita".

Etsi igitur iam Ritschelius in editione fabularum Plautina-

---

der latein. Declinat. p. 48), contra quem disseruit Corssenus de enunc. I² p. 197 not.

²) Hanc formam contra Buechelerum l. l. p. 47 Corssenus l. l. I² p. 198 not. et H. Usenerus in M. Rh. n. XXIV p. 113 not. 19 ablativum esse negant.

rum quibusdam quidem pronominum formis illam d adiunxit [3]), Buechelerus tamen primus etiam ceterorum vocabulorum eas ablativi formas in textu Plautino restituendas esse cognovit, idque tam clare et perspicue [4]) demonstravit (l. l. p. 47 sq.), ut alii quoque docti homines illi assentirentur. Veluti Christius in M. Rh. n. XXIII. p. 564 aliquot nova eiusmodi exempla e Plauto attulit et Corssenus (de enunc. I^2 p. 200) ea de re cum Buechelero prorsus consentit et Studemundius quoque in Herm. I. p. 309 d illam tantopere valuisse credere videtur, ut etiamsi littera d ipsa a Plauto non scripta esset, tamen impediret, quominus duæ vocales coalescerent. Quare adducimur in eam quæstionem, Plautus d illam utrum et signo et ore an ore tantum expresserit. Quæ quidem quæstio quamvis sit lubrica, quoniam maxime cavendum est, ne cupiditas d illam e codicibus eruendi nos decipiat, afferam tamen, quid hac de re potuerim exquirere.

Studemundius igitur dubitat, num Plautus omnino illam litteram signo expresserit, Christius l. l. p. 564 not. de hac re nihil certi explorari posse opinatur, E. Bénoist in libro qui inscribitur: Lettre à M. Egger sur divers passages de l'Aularia, Lugdun. 1865 p. 19 sq., parum caute de codice B ad Capt. argum. v. 1 iudicasse videtur, quoniam Studemundius l. l. p. 309 a librario illum doctum deceptum esse ostendit, Buechelerus quamquam Plautum in arsi quidem d illam scripsisse sibi persuasum habet (cfr. l. l. p. 48), in codicibus tamen has formas extare negat (ib. p. 47), quia illo quidem quo iterum fabulæ Plautinæ doctæ sunt tempore iampridem oblitteratæ essent. Quæ sententia quam vera sit etsi ignoro, verum tamen sive fortuito sive ignorantia librariorum fieri potuisse existimo, ut in aliqua voce d illa servaretur. Nam si pronominum „med, ted" formæ codicibus nobis proditæ sunt, [5]) veri simile mihi videtur esse, etiam reliquarum veterum ablativi formarum vestigia in codicibus inveniri posse.

Jdem iudicat etiam Ritschelius (in libro qui inscribitur „Neue Plautinische Excurse", Lips. 1869) et affert magnam

---

[3]) cfr. etiam Proleg. ad Trin. p. 90 sq.

[4]) cfr. etiam A. Kiesslingi sententiam in M. Rh. n. XXIV p. 116.

[5]) cfr. Men. vv. 838. 1022., Merc. v. 197, Bacch. vv. 571, 909., As. v. 20., Cas. v. 53., Curc. v. 1 cet. De „antidhac" cfr. Pœn. v. 743, Epid. v. 525, Bacch. v. 539, Pseud. v. 620 cet.

exemplorum copiam (l. l. p. 56 sqq.), sed nonnulla exempla non satis incerta omisit. Afferam quæ certissima mihi videntur.

Merc. v. 982.

BCD. Temperare istac ætate istis decet te artibus

B. Vacuum esse istac ætate diis decebat noxiis

CD. Vacuum esse istac ted ætate his decebat noxiis

Ex his versibus Ritschelius recte restituit.[6])

Témperare istác ætated ís decebat nóxiis.

Ritschelius auctoritate codicum CD etiam „his" pro „is" scribi posse opinatur. Jd mihi non probatur, nam codicis C scriptor etiam alio loco „d" in „h" mutavit et sequenti voci addidit[7]), ita ut non B solum, sed etiam C testimonium veteris ablativi præbeat.

Pœn. v. 1388. BC. „quod pacto" i. e. „quo pacto".

Quántum audivi ingénium et mores éius quod pactó sient.

Mostell. v. 716. Ba CD „quod dolo" = „quo dolo", sed h. l. „d" in „quod" facile ex „dolo" voce existere potuit, plus vero ponderis habet Trin. v. 35

Nimióque hic pluris paúciorum grátiam
Faciúnt pars hominum, quam íd quod prosint plúribus.

„quod" = „quo", sed. cfr. Brix. ad h. v.

Glor. v. 965. Ba CDa „quid pacto" = „quo pacto".

Quíd pactó potís.
Núpta et vidua esse éadem?

Pseud. v. 234. B D F „natalio", C „natalitio", Z „natali".

Mittam ego (A, om. reliq.) hódie huic suó die nátalí malam rém magnam ét matúram.

„Natalio" puto extitisse ex „natali", nam „d" littera et in inscriptionibus et in codicibus sæpius mutata est in „o"[8]). Scriptor codicis C, qui „natalio" formam ante oculos habebat eamque omnino non esse sciebat, mutavit in „natalitio", quamquam hæc vox versui anapæstico septenario adaptari non potest.

---

[6]) cfr. Neue Plaut. Exc. p. 59 sqq.

[7]) Stich. arg. v. I C „quo heæ", B „quod ææ" pro „quod eæ" [Senéx castigat filias, quod eaé viros].

[8]) S. C. de Bacch. 12 „magistratuo" = „magistratud", Merc. v. 197 „meo (= med) iam", Men. v. 492 „meo (med) absenti", Epid. v. 381 Pal. I „meo (=med) erga".

Stich. v. 597 — Quíd (A, qui reliq.) malum tibi lassó lubet Fóris cenare?
Glor. v. 974. abíre quód iubét (B C) i. e. „quo lubet".
Glor. v. 982. D F Z „quod lubeat" = „quo lubeat".
(auffere aps te quod lubeat sibi.)
Bacch. v. 1099
Hoc hoc ést, quod [pectus] péracescit, hoc est démum quod percrúcior.

Codices omnes omittunt „pectus", quod et versus et sensus causa desideratur, quare a Ritschelio, Fleckeiseno, qui anapæsticum esse versum cognovit, Wagnero [9]) insertum est. Jlli vero omnes scripserunt „quo pectus", quoniam peracescendi verbum intransitive adhibetur [10]), „quod" igitur veri simile est ablativi formam esse.

Mostell. v. 30. „adæquet" = „adæqued" (= adæque). „d" litteram sæpius mutatam esse in „t" cognoscere licet ex As. v. 20 „met erga", Cas. v. 53 met B. Buechelerus l. l. p. 47 monet, ne quis „adæquet" ablativi veteris vestigium esse credat. Hæc vox nisi apud Plautum non extat (cfr. Lorenz. ad h. l.), quare facile fieri potuit, ut ipsa genuina forma servaretur. Vid. Rit. N. Pl. E. p. 87.

Hæc exempla sufficiant; omitto alia, quæ mihi præsto sunt.

Sed liceat nobis ad aliam quæstionem, ut videtur, non inutilem transgredi. Non enim abs re fore spero accuratius inquirere, quæ condicio sit apud Plautum vetustiorum et recentiorum ablativi formarum. Nam quemadmodum Studemundius in dissertatione de canticis Plautinis ex metrorum ratione quo tempore fabulæ doctæ essent concludere posse sibi visus est, ita ego quoque ex ablativi formis aliqua argumenta ad diiudicandum afferre me posse reor, non quidem quo tempore, at quo sequenti deinceps ordine fabulæ conscriptæ sint; nam veri simile videtur esse, veteres illas formas frequentius extare in iis fabulis, quæ priore tempore quam in iis, quæ posteriore ætate doctæ sunt. Fere idem iudicat Usenerus [11]) de illis „homonis, homoni" cet. formis, Ritschelius [12]) vero hoc argumen-

---

[9]) cfr. adnotat. ad Aulul. v. 465.

[10]) Aulul. v. 465 „ita mi pectus peracuit".

[11]) in ind. schol. Univ. Gryphisw. sem. æst. 1866 p. 9.

[12]) N. Pl. E. p. 125 sqq.

tum sane incertum existimat, quia veteres fabularum Plantinarum formæ lapsu temporum abstersæ et remotæ essent, ita ut inter formas singularum fabularum nihil interesset. Hoc argumentum mihi quoque probaretur, si de numero tantum veterum ablativi formarum cogitarem; sed si ablativorum quibus d littera addita est et eorum qui coalescunt numerum comparaverimus, ex hac condicione sine magno errore concludere poterimus, quo sequenti deinceps ordine fabulæ doctæ sint. Sane vero fieri potest, ut parvus error non vitetur; nam multi sunt loci, in quibus dubitari potest, utrum ablativo d littera addenda sit an non, quia hiatus sæpe alio modo evitari potest. Sic etiam factum est, ut multa exempla a Ritschelio allata de industria omitterem, sed etiam ab illo omissa afferrem. Pauca eligam. Pœn. I 2, 34 Ritschelius sic restituit:

Nisi múltad aqua úsque et diú macerántur —

sed nihil obstat, quin legas:

Nisí multa aqua úsque cet.,

vel Nisi sí multa aqua úsque cet.

As. IV 2, 16.

Cum suó sibi gnatod únam ad amicam dé die-

Ritschelius eleganter restituit, sed etiam legere licet:

Cum suó sibí gnato únam cet.

Pseud. v. 873 Jmmo édepol vero homónum cet. pro „vérod hóminum".

Truc. I 1, 67 „péregre: ĕó" pro „peregred: éo".

Capt. v. 1410 „dimídio egó" pro „dimídiod égo" [13]).

Pers. v. 223, ‚dícto: abí" pro „díctod: ábi". cfr. Curc. V 2, 16., Bacch. v. 394. Pers. v. 566 cet.

Bacch. v. 431

Índe de hippodromo ét palæstrad, úbi revenissés domum.

Ritschelius in M. Rh. n. XXV p. 310 statuit legi posse „palæstra, cubi".

Hæc et alia exempla de industria omisi, quia minus certa videbantur, quam quæ d ablativis additam esse testarentur, sed etiam exempla attuli, quæ Ritschelius partim de industria præteriit partim neglexisse videtur.

Glor. v. 4. sic restituendus est:

Præstríngat oculorum áciem in acied hóstibus.

Ritschelius accentum „áciem in ácied" vitandum esse iudicat,

---

13) cfr. Wagner. Aul. præf. p. 62 not. 2 et p. 25 not. 5.

sed cfr. hæc exempla:
Jn trochaic. septenar.: Truc. V 15 ópus — ópus, Capt. v. 437 (ed. Brix.) fidélis — fidéli, v. 439 déxterám — déxterám, v. 447 sýngraphúm — sýngraphúm, v. 485 álio — álios — álios, v. 608 abnútas — abnúto, v. 252 cavét — cavét — cavét. v. 312 béne — béne, Glor. v. 349 Prímus — prímo, v. 398 cérto — cérta, v. 648 mínume — mínume, v. 807 nóminés — nóminés. Men. v. 433 opúst — opúst, v. 685 vídeo — vídeo, v. 805 mále — mále, facít — facít — facís, Merc. v. 215 vísus — vísus.
Jn iambic. septenar.: Capt. v. 144 aliénus — aliénus, Glor. v. 149 víderít — víderít, Pseud. v. 90 ténebras — ténebras, Men. v. 750 negás — negás, Stich. v. 475 úsus — úsus.
Jn creticis: Capt. v. 219 dolí — dolí, v. 234 suádeám — suádeám, v. 236 patrém — patér.
Jn iambic. octonar.: Capt. v. 222 opús — opús, Glor. v. 149 víderít — víderít cet.
Kochius in M. Rh. n. XXV p. 617 sq. corrigit:

Præstríngat oculorum ín acie aciem fóstibus. —

Jlla transpositione minime opus esse supra exposui. Forma „fostis" Plautum usum esse etsi negari debet, tamen si omnia accurate nobiscum reputaverimus, h. l. „hostibus" præferemus. Cfr. Lorenz. ad h. l.
Trin. v. 540 Sués moriuntur ánginad acérrume — Cfr. Brix. ad h. l.
Ritschelius neglexit Bacch. v. 1151., Amph. vv. 193. 498. 545. 582. 639., Most. vv. 686. 1012. 1077., Rud. v. 683, Trin. vv. 652. 974, Merc. vv. 602. 901, Truc. I 2, 3. II 3, 7. V 17, Stich. vv. 477. 671, Glor. v. 263, Pseud. vv. 39. 317, Curc. v. 695, Pers. vv. 648. 754, Ep. v. 522, Cist. IV 2, 15.

Ablat. quibus d addita est:	Abl. qui coalescunt:	Ablat. incert.
1. Men. 1	: 9,5	1 : 2,7
2. Amph. 1	: 14,0	1 : 2,0
3. Stich. 1	: 15,3	1 : 2,7
4. Aul. 1	: 16,0	1 : 2,7
5. Merc. 1	: 18,9	1 : 2,6
6. Most. 1	: 19,9	1 : 1,9
7. Capt. 1	: 21,7	1 : 2,4
8. Bacch. 1	: 24,8	1 : 2,0

9. Pœn.	1	: 25,4	1	: 2,5
10. Asin.	1	: 25,5	1	: 2,5
11. Trin.	1	: 25,9	1	: 2,4
12. Truc.	1	: 26,8	1	: 1,9
13. Glor.	1	: 27,6	1	: 1,9
14. Rud.	1	: 27,9	1	: 2,4
15. Pseud.	1	: 29,0	1	: 2,6
16. Cist.	1	: 31,5	1	: 3,0
17. Pers.	1	: 32,0	1	: 2,1
18. Cas.	1	: 34,0	1	: 1,8
19. Curc.	1	: 39,7	1	: 2,5
20. Ep.	1	: 78,0	1	: 1,9
	1	: 27,1	1	: 2,3

Etsi igitur fabulas eo ipso ordine quo supra secuntur a Plauto conscriptas esse confirmari non potest, tamen Men., Amphit., Stich. cet. fabulas superiore tempore quam Rud., Pseud., Cistell. cet. doctas esse veri simillimum mihi videtur. Menæchmos Plautum docuisse ante a. 538 Brixius exposuit in præfat. ad Men. p. 4., quo vero tempore Amphitruo et Stichus conscriptæ sint ex ipsis fabulis concludi non potest, quare nihil obstat, quin illas numero priorum fabularum adscribas. Truculentum et Pseudolum Plautum senem scripsisse Cicero [14]) testatur et hoc testimonium cum eo quem supra composui ordine consentit, quare non dubitandum videtur, quin etiam ceterarum fabularum ordo cum tempore quo conscriptæ sunt satis consentiat. Ritscheli vero ratiocinationem de Asin., Bacchid., Pseud. fabulis non rectam [15]) esse ex ordine supra composito intellegi potest.

Denique restat, ut breviter inquiramus, Plautus num certam quandam legem ac regulam in illarum formarum usu adhibuerit, veluti si substantivum cum adiectivo coniunctum invenitur, utri d addatur. Hac de re nihil certi explorari potuit, sed promiscue tum adiectivo tum substantivo d adicitur. Exempla a me collata sunt hæc:

Most. v. 84	adulescented optumo.
Men. v. 903	vitad - sua.

[14]) cfr. Cat. mai. XXIV 50.

[15]) cfr. N. Pl. E. p. 126 sq.

Stich. v. 459	auspiciod - optumo.
Curc. v. 278	platead ultima.
Merc. v. 89	suad - manu.
Merc. v. 994	tuad amica.
Men. v. 796	unad opera.
Glor. v. 1343	æquod animo.
Pseud. v. 44	titubantid animo.
Bacch. v. 381	tuad infamia.
Aul. v. 126	ullod - sæclo.
Amph. v. 252	suad - manu.
Amph. v. 545	tuad opinioned.
Most. v. 259	una operad.
Merc. v. 602	uno verbod.
Men. v. 91	suo arbitratud.
Trin. v. 990	meo arbitratud.
Men. v. 395	canterino ritud.
Trin. v. 756	quo pactod.
Amph. v. 316	alia formad.
Curc. v. 389	operto capited.
Aul. v. 44	qua causad.
Capt. v. 349	meo periclod.
Glor. v. 1180	umero lævod.
Pœn. v. 488	die bonod.
Bacch. v. 447	iure dictod.
Pœn. v. 1101	specie venustad.
Amph. v. 1094	capite opertod.
Pseud. v. 1253	victu excuratod.
Aul. v. 1032	senecta ætated.[16])
Pers. v. 754	integrod exercritu.

I. Menæchmi.[17])

v. 91: Suo árbitratud ádfatim (B, affatim reliq.) cottídie (B C, cotidie D).

---

[16]) cfr. Cas. vv. 137 et 156, Amph. v. 1032.

[17]) Jn Men., Bacch., Mostell., Glor., Merc., Pseud., Pers., Stich., Trin. versuum numeri sunt edit. Ritschel., in Amph., Capt., Rud., Asin., Curcul. edit. Fleckeisen., in Aulul. edit. Wagner., in Truc. ed. Speng., in Pœn. edit. Geppert., in Cas., Cist., Epid. edit. vulgat.

v. 91. Ritschelius in ed. (ex Pœn III 1, 13) „usque ad fatim", sed cfr. Glor. v. 980 et Bacch. v. 497. — Buech. l. l. p. 48, Christ. l. l. p. 554, Ritsch. N. Pl. E. p. 72.

v. 188: Túos est: legito ac iúdicato (Vahlen., Tuest legio adiudicato B C D), cúm utrod hanc noctém sies (scies Ba C Da).

v. 251: Em (in fine v. præced. A B C D) illóc enim verbod ésse me servóm scio.

v. 395: Cérto hæc mulier cánterino rítud astans sómniat.

v. 526: Atque húc (Rit., hunc Ba, nunc Bb C D F Z) ut addas aúri pondod únciam.

v. 550: Jamne ábiit introd? ábiit, operuít foris.

v. 563: Pallam ád phrygionem cúm coronad ébrius.

v. 626: Ne íllam ecastor (F, mecastor reliq.) faéneratod ápstulisti. síc datur.

v. 662: Nám domum nunquam íntrod ibis, nísi feres pallám simul.

---

v. 188. Fleckeisen. „utrone".

v. 251. Jllóc enim cet. nullo modo acui potest. „Em" codices ponunt in fine præcedentis vers., sed plerumque hæc vox ante pronom. demonstr. ponitur. cfr. Brix. ad Trin. v. 3. Brixius legit: „Em, illoc", sed hæc particula cum sequenti vocali coalescit. cfr. Pseud. v. 518 Em, istís mihi tu (Pius, ut cod.) hódie cet., v. 526 Quam púgnam? :: Em, ab hóc lenóne vicinó tuó, v. 890 Em, illic ego hábito cet., v. 1091 Memini :: Em íllius sérvos cet., Men. v. 566 Em hac ábiit, sí vis cet., Merc. v. 206 Perii :: Em ístic únum cet., v. 313 — amátorem, em illic ést, v. 580 — véspe-rum :: Em ístuc cénseó, v. 620 — hercle :: Em istucinést operám daré, Bacch. v. 687 Em, ístoc dícto cet., Most. v. 1180 Sine ted exorem :: Áge abi abi impune. em huíc habeto grátiam., Trin. prol. v. 3 Adést, em illaé cet., v. 413 Quod égo defrudavi? :: Em, ístæc ratio máxumast, v. 531 Em ístic opórtet cet., v. 923. Em, ístic erát cet., Pœn. v. 159 Cúpio :: Em, eúndem mé dató, v. 717 Em istaéc volo érgo cet., Truc. II 4, 22 — Ímmo vél decem :: Em, ístoc paúper és, Ep. v. 539 — Périphane! :: Em, ístuc réctiúst.
Sed in Bacch. v. 809 „em" non coalescere videtur: „Quas tu áttulisti: em, haé te vinciri iubent.", aut post „attulisti" hiatus statuendus est.

v. 526. Rit. p. 64, Buech. p. 48, Christ. p. 564.

v. 550. Fleckeisen. „intro hæc".

v. 563. cfr. Rit. p. 64, Buech. et Christ. l. l.

v. 626. Fleckeisen. „fænerato mi."

v. 662. Fleckeisen. „nunquam hodie," quod Brixius argumento

v. 667: Nam éx hac familiá me planed éxcidisse intéllego.

v. 796: Póstulas virós? dare unad ópera pensum póstules.

v. 822: Nísi quo nocted hác (Bb Db, ac Ba C Da) migrasti (B C D). cóncede huce (hac cod.), fília.

v. 870: Sét quis hic est, qui mé capillod hínc de curru déripit?

v. 841: Vaé capiti tuo :: Écce Apollo mi éx oraclod (oraclo C D F, oraculo B Z) ímperat.

v. 882: Lumbí sedendod, óculi spectandó (Dc F, exspectando B C, expectando Da Z) dolent.

v. 903: Quém ego homonem (Brix., hominem cod.) sí quidem vivo, vítad evolvám (nitæ volvam C, nite volvam Da, vita volvam Db, vitæ volvam B) sua.

v. 1115: Quót eras annos (anno C) gnátus (B C D) quom (cum cod., qua B) te páter a patriad ávehit?

II. Amphitruo.

v. 125: Qui cum Ámphitruoned ábiit hinc in exércitum.

v. 145: Sup pétasod. id signum Ámphitruoni nón erit.

v. 149: A pórtud illic núnc cum lanterna ádvenit.

v. 193: Præda átque agrod adóreaque (adoriaque cod.) adfécit popularís suos.

v. 252: Jpsúsque Amphitruo régem Pterelam súad optruncavít manu.

---

ex Donat. ad Terent. Adelph. II 2, 7 („hodie non tempus significat, sed iracundam eloquentiam et stomachum.“) allato male tueri studet. Rit. p. 81.

v. 667. Camerarius „namque“.

v. 796. Rit. „illi una“, quod refutandum est, quia non „viro“, sed „viris“ supplendum est, quare Fleckeisen. „una eis“.

v. 822. Rit. „exmigrasti“, Fleckeisen. „huc, sis“. Scripsi „huce“, cfr. Pœn. v. 1037, ubi A „hucc“ tradit, Geppertus „huce“ correxit.

v. 841. R. p. 64. Brixius statuens hiatum post „Apollo“ transponit „oraclo mi.“

v. 882. Fleck. „sedendo et“.

v. 903. Buech. l. l. p. 48, Christ. l. l. p. 564, R. p. 64.

v. 1115. Christ. p. 564.

v. 125. Weisius „abivit“, R. p. 72.

v. 145. Fleck. „id Amph. sign.“ transposuit, R. p. 72.

v. 149. Rit. „A pórtu illic nunc cúm lanternad ádvenit.“

v. 193. Pareus „Qui præda“ scripto versum composuit falsum, quoniam a littera in „agro“ apud Plautum non producitur. Fleck. „agroque adoreaque.“

v. 252. Fleck. „suapte“, Rit. p. 68.

v. 253: Hæc íllic est pugnáta pugna usque à maned ad vésperum.

v. 316: Ália formad ésse oportet, quém tu pugnis íceris.

v. 498: Con (cum cod.) Álcumenad úxore usurária.

v. 523: Clánculum abii huc (Rit., om. cod.) á legioned: óperam hanc suprupuí tibi.

v. 545: Príus tuad opínioned híc adero: bonum ánimum habe.

v. 582: Equidém valeo et sálvos sum récted, Amphítruo.

v. 639: Noctem únam modo: átque is repénted abiít a med hínc ante lúcem. —

v. 1012: Ápud emporium atque ín macellod, ín palæstra atque ín foro.

v. 1015: Núnc domum ibo atque éx uxored hánc rem pergam exquírere.

v. 1032: Quídum? :: Quia senécta ætated á me mendicás malum.

v. 1094: Mánibus puris cápite opertod. íbi continuo cóntonat.

III. Stichus.

v. 216: Consénui: pæne ((A) F, prene B C, prene D) súm famed emórtuos.

v. 271: Satin' út faceted átque ex pictura (atque. ictura A) ástitit.

---

v. 253. Weisius „ab usque mane ad", sed cfr. Most. v. 534 „a mane ad noctem usque", v. 767 „usque a mane ad vesperum", Pœn. v. 641 „a mane."

v. 316. R. p. 62.

v. 498. De „con" forma cfr. Brix. ad Capt. v. 22.

v. 523. Fortasse licet scribere: „Clánculum abii a légioned: operam hánce subrupui tibi." Fleck. „abii ego" scripto „hanc operam" transponit.

v. 545. Fleck. „enim" post „prius" et „eo" ante „bonum" inseruit.

v. 582. Fleck. „recte et sum salvos" male transposuit.

v. 639. Fleck. „me nunc."

v. 1032. R. p. 74. Liceret etiam „senéctad aétate" scribere, nisi repugnaret mori Plautino, cfr. Merc. v. 985, Trin. v. 43, Cas. v. 137 (et v. 156), Aul. v. 215, ubi „senécta ætáte" legitur.

v. 216. Buech. l. l., Christ. l. l., R. p. 64.

v. 271. Rit. p. 64. Satin' út facete atque éx picturad ástitit.

v. 459: Auspíciod hōdie óptumo exií (exivi cod. cum (A)) foras.

v. 477: Nesció quid verod hábeo in mundod. :: J́ modo.

v. 643: Qui hercle ílla causad ócius nihiló (A, nihilo otius B C D) venit.

v. 671: Sequere érgod hac med íntrod :: Ego veró sequor.

v. 699: Cúniced accipimúr quam in lectis (Pius, lecticis cod.)? :: Híc enim (Fleck., Jmmo enim hic cod.) magis est dúlcius.

IV. Aulularia.

v. 44: Nam mé qua causad éxtrusisti ex aédibus (B).

v. 126: Dicúnt mulierem úllod in saéclo (insicto B, in seculo C).

v. 139: Néc tibi advorsári certum est de ístac red unquám soror (nec tibi || Advorsari certum ē de istæc (m. 1) re unquam soror B D).

v. 452: J́ntrod (T . . . . . . in B rasura sex litterarum, quam manus 2 voce „intro" explevit) abi: opera húc conducta est vóstra, non orátio.

v. 802: Quádrilibrem aulam auród onustam habeó: quis me est divítior?

II. 2, 26: Quód abis? :: Jam ad té revortar: nám est quod invisám (Rit., visam cod.) domum. —

III. 3, 1: Hóc quidem hercle, quóquod ibo (quoquo p. it (haec vox erasa est) ibo D), mécum erit, mecúm feram.

V. Mercator.

v. 602: Úno verbod éloquere: ubi ego sum? hícine an (hiccine an F Z, hinc iam Ba, hi. c. an Bb) apud mórtuos?

v. 858: Me úsque quærere illam̃, quoquod hínc abductast géntium.

---

v. 459. In „hōdie" o producitur. cfr. Buech. l. l. p. 52. Ritschelius immerito negat (l. l. p. 91) o produci. — Christ. l. l. Fleck. „Auspicio hercle hodie ego."

v. 671. Rit. „intro Sagarine". Etiam legi potest „hace me".

v. 699. Rit. „hic quam", Fleck. „quamde".

v. 44. „qua me nunc" D. cfr. Rit. l. l. p. 129 adnot. ad p. 72.

v. 139. Wagnerus male transponit „de re istac", R. p. 63.

v. 452. Wagnerus: „operast huc". R. p. 81.

v. 802. cfr. Christ. l. l. p. 564, R. p. 63.

II. 2, 26 et III. 3, 1. R. p. 80.

v. 607: Dísperii (Disperi D): illæc ínteremit mé modod orátio.

v. 994: Cum túad amica cúmque amatiónibus. —

v. 801: Jubeás, si sapias (sapeas B) haéc introd auférrier.

v. 901: Sí tu vera dícis, pulcred aédificatas árbitro (B C).

v. 629: De ístac red argútus es, ut pár pari respóndeas.

v. 982: cfr. supra p. 5.

VI. Mostellaria.

v. 84: Videó corruptum ex ádulescented (adolescente C) óptumo.

v. 152: Discod hastís pila (Z, filia B C D F) cúrsud armís equo.

v. 259: Úna operad ebur átramento cándefacere póstules.

v. 394: Nam íntus (Nã intus B, Namentus C, Nãmentus D) potate haú tantillod hác quidem causá minus.

v. 549: Dixi hércle verod ómnia :: Ei (Dc, et C Da, hei FZ, V & Ba, V& Bb) miseró mihi.

v. 557: Cape, ópsecro hercle, cúm eod una iúdicem.

v. 686: Euge (Camer., Fuge B C D F Z) Eugæ A, Aio aio As) óptumed eccum aédium dominús foras.

v. 1012: Quid, á Tranione servo? :: Multod íd minus.

v. 1077: Phílolaches iam hic áderit. :: Edepol míhi opportuned (opurtune, oportune C) ádvenit. (Z, advenies B D).

v. 1049: Sume :: Eádemque (C D, eandemque B) operad (operam B) haéc (hec C) tibi narrávero.

---

v. 801. Rit. „hinc intro".

v. 901. Cam. „pulcreque". sed cfr. Spengeli Tit. Macc. Pl. p. 185.

v. 152. Buech. l. l. p. 48. Christ. l. l. p. 564 R., p. 64.

v. 259. R. p. 64, Fleck. „tu ebur", Lorenzius in v. 249 p. 246 sq. male acuit „úna opéra", negans esse quod huic accentui possit obstare; sed illum accentum non in senariis iambicis tantum, sed etiam in anapæsticis prorsus intolerabilem duco esse. Hanc vocem aliter nisi „ópera" aut „operá" non acui contendo. Etsi enim in anapæstico quidem metro acuitur: Hostíbus, civibus Pers. v. 753, Toxíle v. 763, Omnía v. 766 (sunt enim anapæstici, non iambici octonarii), Rud. v. 225 auríbus cet., opéra tamen acui posse nego, quia illum accentum in dactylicis tantum aut creticis vocabulis adhibitum esse opinor. Geppertus quidem illum accentum etiam in his vocibus concedi posse in senariis negavit. cfr. ad Trin. v. 219 p. 144.

v. 686 Rit. „huc ædium", Lorenz. statuit hiatum.

v. 1077 *Rit.* „opp. mi".

VII. Captivi.

v. 331: Eúm si reddis míhi, præteread únum nummum né duis.

v. 349: Né vereare méo periclod (periculo cod.) huíus ego experiár fidem (vice fidem B D).

v. 387: Íd petam id persequárque corded ét animo atque víribus.

v. 476: Quam ín tribud apérto capite sóntis condemnánt reos.

v. 534: Nunc énimverod ego óccidi: eúnt ad te hostes, Týndare.

v. 828: Quí homined adaéque nemo vívit fortunátior.

v. 960: Récta et vera lóquere: set neque vére neque rectéd adhuc.

VIII. Bacchides.

v. 261: Contínuod antiquom hóspitem nostrúm sibi.

v. 907: Quid eo íntrod ibis? :: Út eum dictis plúrumis.

---

v. 331 Fleck. „tu unum", R. p. 83.

v. 349. Rit. confitetur l. l. p. 75 not., se nescire, quid sit „vice". Jlla vox corrupta mihi videtur esse ex „hodie", quod in v. praecendenti extat et a librario huic versui insertum est. Jn v. 348 enim scriptum erat „hoce" (exortum est ex „hodie" „di" litteris in „c" = „z" mutatis, cfr. Schuchardt. Vocalism. d. Vulgärl. I p. 67). Ex „hoce" corruptum est „vice" (Similem corruptelam vide in Glor. v. 843 D K „vocio", B C D „volio", quod Bergkius in Diurn. antiq. stud. a. 1855 n. 37 p. 291 in „hocedie", M. Hauptius vero in ind. lectt. Berol. aest. a. 1858 p. 559 in „Lucrio" mutavit.). „Vice" vero vox quia intellegi non poterat quid significaret, librarius supra scripsit „hodie", tum ab alio librario „vice" versui 349 insertum est.

v. 387. Fleck. „Petissam" „corde atque animo et viribus."

v. 476. Fleck. „tribu sontis."

v. 534. Fleck. „Enimvéro nunc."

v. 828. De „hominēd" cfr. quod infra dixi; cfr. Lorenz. ad Most. v. 30. Pareus „homine hominum".

v. 960. Both. et Lindemann. „vere tu", quod Fleck. et Brix. receperunt. Weisius „tu vere."

v. 261. R. p. 86, Schneiderus „anticuum, sed cfr. Corssen. l. l. I² p. 73.

v. 907. R. p. 81, Christ. l. l. p. 564. — V. 941 R. p. 64, Buech. l. l. p. 48.

v. 941: Tum quæ híc sunt scriptæ lítteræ (B, literæ D, littere C) hoc ín equod (iquo B, æquo C) insunt mílites.

v. 428: Jbi cursu luctándod hasta (asta B C) dísco pugitatú pila.

v. 304: Quom (Qum B D, q̃m C) extémplo a portud íre nos cum auró vident.

v. 332: Quin' (Both. et Rit., qui cod.) aúrod habeat sóccis suppactúm solum.

v. 381: Túad infamiá fecisti gérulifigulos flágiti.

v. 447: Jtur illinc iúre dictod. hócine (hoccine cod.) hic pactó potest.

v. 1151: Ego ad húnc iratum adgrédiar: possumus nós hos introd ínlicere hoc.

IX. Pœnulus.

v. 239: Sine ómni lepóred et síne suavitáte.

v. 488: Certúm :: Tum tu igitur dié bonod, Aphrodísiis.

v. 526: Quód tu invitus núnquam reddas dómino, de quod éderis (de qui œderis B, de quo ederis C P).

v. 825: Ténebræ latebræ: bíbitur estur quási in popinad, haú (V, haud D P) secus.

v. 958: Creta (Certa C P) ést profectod hórunc (Both, horum cod.) hominum orátio.

v. 1101: Specié venustad, óre atque oculis pérnigris.

v. 1224: Dató mihi pro offa suávium, prod ósse linguam obícito.

v. 1261: Cur (Qur A) númerod estis (nunc estis P) mórtui? hoc exémplum (Gepp., hoc exemplo A et Fest., hic exemplum reliq.) ut pingerétis.

---

v. 428. R. p. 63, Buech. l. l. p. 48, Christ. l. l. p. 564.

v. 1151. Versus est anapæsticus octonarius, septenarium falso restituit Studemund. de cant. Plaut.

v. 239. R. p. 77, Geppert. „atque" pro „et." De „lepored" cfr. quæ infra dixi.

v. 488. R. p. 64, Geppert. statuit hiatum laudans Lachm. ad Lucr. III 941.

v. 825. Gepp. „haud est", sed cfr. Weis. ad h. l.

v. 958. Gepp. „ hæc horunc". „Horum homonum" si scripseris, versus minus elegans erit.

v. 1101. Gepp. „ocellis."

X. Asinaria.

v. 379: Jlle est ipsus. iam égo recurro huc, tu húnc interead híc tene.

v. 536: Nón voto ted (B) amáre qui dant, quád amentur grátia.

v. 262: Cérte hercle ego quantum éx auguriod aúspicioque (augurio auspicii B et Pall.) intéllego.

v. 313: Tántum facinus módod inveni ego, út nos dicamúr duo.

v. 389: Si istóc exemplod ómnibus qui quáerunt respondébis.

v. 873: Jlle operē forís faciundo lássus noctud ádvenit.

XI. Trinummus.

Prol. v. 10: Sed ea (A B) húc quid introd íerit impulsú meo.

v. 540: Sués moriuntur ánginad acérrume.

v. 652: Átque ego istum (B C D, istunc ego A) agrum tíbi relinqui ob eám rem enixed (rem memixe B, rem enxie C, rem enixi reliq.) éxpeto (exspecto C).

v. 726: Cássidem in capút (cap͠ C) dormibo plácided in tabernáculo.

v. 804: Contínuod operi (operito cod.) dénuo, sed clánculum.

v. 974: Nímis arguted óprepsisti (obresisti B C D) in eápse occasiúncula.

XII. Truculentus.

I 1, 26: Bis périt (Par., periit B C D) amator áb red

---

v. 379. Fleck. „tute“.

v. 536. R. p. 62, Fleck. „danunt“, quæ forma etiam extat in Pœn. v. 1242.

v. 262. R. p. 74. „Auguriod auspicioque“ novitios scribere adnotat Pareus. Fleck. statuit hiatum post „augurio.“

v. 313. Sic ponunt B et Pall., alios transponere „inveni modo“ adnotat Pareus. Fleck. „modo ego inveni“ cum hiatu post „inveni.“

v. 873. R. p. 85, Fleck. „Opere illic“ et „ad me“ ante „advenit.“ Weisius „noctud“ cum d paragog.

Prol. v. 10. R. p. 81, Buech. et Christ. l. l.

v. 540. Buech. l. l. p. 48, Rit. dubitat de hoc v., cfr. p. 71.

v. 652. Rit. „iam“ inserit.

v. 726. R. p. 88, Buech l. l., Geppert. „intra tabernaculum.“

v. 804. R. p. 86, Haupt. „Operi continuo.“

v. 974. Rit. „argute me“, sed cfr. Brix. adnot. crit. ad h. l.

I 1,26. Lamb. „atque ab“, sed præpositio post „atque“ repetatur

atque animó simul.

I 2, 3: Neu quí manus adtúlerit sterilés introd ád nos.

II 3, 7: Mihi quóque præ lassitúdined opus ést lavem (lave B C D).

III 1, 10: Oves ín cruminad, hác in urbem détuli.

V 17: Réspice ergod: áccipe hoc sis (Sp., hoc cod.) qui ístuc eciciás (Sp., exefficias B C D) opus.

V 71: Méum quidem te léctum certed óccupare nón sinem (B C D).

XIII. Gloriosus.

v. 4: cfr. supra p. 7.

v. 263: Párticipaverít de amicad éri, sese vidísse eam (A, eri. s evidiss & cum rasura B, eri se vidisse eam Bc, eri qui vidisset eam C D).

v. 142: Jn eó conclavid égo perfodi párietem.

v. 1168: Ne ílle mox vereátur introd íre in alienám domum (Dc FZ, damnum C Da, dampnum B).

v. 958: Quíd id? unde est? :: A lúculentad átque festiva fémina.

v. 1180: Jd (B, Jt C, Et D) conexum (conixum B, connixum C D) in úmero lævod éxpapillato bráchio (Z e Festo Paulli p. 79 et Nonio p. 103, exfafillat obrachio B, exfafillat obracchio C, exfafillata bracchio D).

v. 1286: Me amóris causad hóc ornatu incédere.

---

non opus est. Cfr. Men. v. 929 „Ex temporibus atque fronte", Capt. v. 369 „Ad ted atque illum", cfr. Glor. 958.

I 2,3. Both. „ad nos intro" contra cod. et Priscian.

II 3,7. Camer. „ut lavem."

III 1,10. R. p. 73, Christ. l. l. p. 564, Gepp. „hac huc."

V 17. Both. „ergo atque."

V 71. R. p. 88, Gepp. „certe ego." De „sinem" forma cfr. Quint. I 7,23.

v. 1168. R. p. 81, Christ. l. l.

v. 958. Rit. „atque a", cfr. quod dixi ad Truc. I 1,26.

v. 1286. R. p. 73. Pylades „cum hoc", sed cfr. Glor. v. 898 „Em tibi adsunt Quas me iussisti adducere, et quo ornatu" cet., Glor. v. 1282 „Nescio quis eccum incedit, Ornatu quidem thalassico" cet., As. v. 69 „qui causa mea Nauclerico ipse ornatu adduxit.", Trin. v. 852 „Jllurica facies videtur hominis: eo ornatu advenit.", Cas. v. 479 „Proficiscor hoc ornatu, quo vides" cet. Semel in Curc. v. 2 „cum istoc ornatu" extat.

v. 1252: Per amórem si quidf écero (ferero C.) cleméntid animo ignóscet.

v. 1323: Ét quia tecum erám, propteread ánimo (F. Z. Nonius, propter animum B, propterea animum C, proptera animum Da, propterea animi Dc) eram ferócior (ferotior C D, fortior B).

v. 1343. Quom ábs te abeam :: Fer aéquod (equo B C D) animo :: [Scío ego quid doleát mihi].

XIV. Rudens.

v. 226: Neque quém rogitem respónsorem quemquam ínteread invénio.

v. 484: Si quidem hís mihi ultrod ádgerunda etiam ést aqua.

v. 643: Quíbus advorsum iús legesque insígnited iniúria hic.

v. 755: Póstea aspicitó meum, quandod égo tuom inspectávero.

v. 1182: Eámus introd ómnis, quandod óperam promicám (B, promiscuam C) damus.

v. 1307: Set quíd tibi est? :: Hac próxuma nocte ín marid elávi (in mari et alii cod.).

v. 1317: Proféctod huius est vídulus. perge ália tu expedíre.

v. 1382: Quínque et viginti ánnos gnatus (natus annos cod.) :: Hábe cum hoc :: Aliod ést opus.

XV. Pseudolus.

v. 39: Repénte exortus súm, repented (repente B, repentino reliq.) óccidi.

---

v. 1252. Both. „ignoscet animo."

v. 1323. Both. „propterea ab animo."

v. 1343. R. p. 64. „Scio - mihi" e versu 1325 repititum est.

v. 226. R. p. 83. Versus enim 220-230 sunt anapæstici, cfr. Studemund. l. l. p. 54, Geppert. de cod. Ambros. p. 39, Fleck. „hic hominem" post „interea" inserto trochaicum octonarium falso restituit.

v. 484. R. p. 82. Fleck. „mihi ultro his."

v. 643. Fleck. „hic insignite."

v. 755. Etiam liceat legere: „Pósteád aspicito" cet.

v. 1182. Fleck. „hic intro" scripto statuit hiatum post „quando".

v. 1307. Weisius „marid" cum d paragog., Fleck. „mari hercle".

v. 1317. Fleck. „profectost".

v. 39. „Repentino", quod codices præter B tradunt, correctura videtur esse ad vitandum hiatum, quia apud Plautum semper „repente" forma extat.

v. 44: Lacrumáns, titubantid ánimo corde et péctore.

v. 160: Numquí minus ea grátia tamen ómnium operad útor.

v. 317: Aút terra aut maríd alicunde evólvam id argentúm tibi.

v. 255: Surdús sum: proféctod inániloquos és tu.

v. 399: Í, gladium adfer :: Quíd opust gladio? :: Quíd hunc occidam átque me.

v. 1253: Jta víctu excurátod, ita múnditiis dígnis.

v. 650: Suam húc ad nos, cum eód (F, quom eo reliq. i. cũ illo homine supra scr. C D) aiebat (alebat B) vélle mitti múlierem.

XVI. **Cistellaria.**

II 3, 7: Dico eí, quo pactod éam ab hippodromo víderim.

IV 2, 15: Nam sí nemo hac praéteriit, póstquam introd ábii.

XVII. **Persa.**

v. 191: Fáciam :: Quod ergo ís nunc? :: Domum :: utí dómi sim, quom (A) illi cénseas.

v. 323: Pár pari respóndes dictod: ábi iam, quando ita cérta rest.

v. 648: Quóiusmodi (Quo iusmodi B, quovismodi C) is in pópulod habitust? :: Némo quisquam accéptior.

v. 754: Bello éxtincto, re béne gestad, íntegród exercitu et praésidiis.

---

v. 160. R. p. 64 Both. male transponit „utor opera."

II 3,7. R. p. 72, Weisius „pactod" cum d paragog.

v. 648. Plerumque „quoius" per synizesin legitur, sed etiam bisyllabum esse testatur Aul. v. 297. cfr. Corssen. Nachträge p. 94.

v. 754. Vv. enim 753 — 756 describendos censeo anapæsticos octonarios, cfr. Studemund. l. l. p. 66, qui v. 754 septenarium falso restituit. 753 Hostibus victis, civibus salvis, re plácida (placidis a B) pacibus pérfectis. —
755 Quom béne nos Juppiter iúvisti dique álii omnes cælipotentes,
756 Eas vóbis gratis hábeo atque - ago, quía probe sum ultus meum inimicum.
Studemund. l. l. p. 66 septenarium falso restituit; nam ultimus pes prioris versus partis non dissolvendus videtur („atque ágo"), etsi Fleck. quoque in Pseud. v. 946 statuit. Jlle vero accentus „atqué" si displicet, transponi potest cod. C D F Z auctoritate „hábeo grátis."

XVIII. **Casina.**

v. 156: Mírum ecastor té senecta aetáted officiúm tuom.

v. 316: Scín tu rurid ésse ad villam lónge, quo ducát :: Scio.

v. 319: Nám præsented hóce (hoc cod.) plura vérba non desídero.

v. 621: Tandem út veniamus lúcid; ego eras híc ero.

XIX. **Curculio.**

v. 278: Videó (vide B et Pall.) currentem ellum úsque in platead última.

v. 389: Quis hic ést, qui operto cápited Aesculápium.

v. 695: Hócine pactod índemnatum atque íntestatum me ábripi.

XX. **Epidicus.**

v. 522: Me nóminat hæc: crédo ego illi hospítiod usus évenit (Lamb., invenit cod.)

v. 678: Níl verod obnóxioso (Rit, obnoxios se B, obnoxiasem P, obnoxio Lg, obnoxiosum Gepp., obnoxius esse Helmst.) :: Fácto opere arbitrámino (et arbitrare nunc P).

Pars altera.

Jn priore operis parte vetustiorum et recentiorum ablativi formarum condicionem esse 1: 27,1 ostendi, unde quantopere iam Plauti tempore veteres casuum formationes corruptæ sint clare elucet. At non solum illam d primitivam ablativi amiserunt, sed etiam longæ ablativorum vocales corripi cœptæ sunt.

Jta $\bar{a}$ $\bar{o}$ $\bar{e}$ $\bar{i}$ in $\breve{a}$ $\breve{o}$ $\breve{e}$ $\breve{i}$ transierunt [1]), cuius correptionis causa in accentu et prosodia vocabulorum posita est; nunquam enim e „mens$\bar{a}$“ fieri potuit „mens$\breve{a}$,“ quia prior syllaba producitur, sed „viro“ et iambicum et pyrrichium vocabulum esse potest, quia prior syllaba natura brevis est, unde consequitur, ut si accentus in brevem syllabam cadit, longa sequens corripi queat.

Glor. v. 624 nóv$\breve{o}$ modó, Stich. v. 5 vir$\breve{o}$ suó caruít, Trin. v. 855 Quómod$\breve{o}$ quídque agerém, Bacch v. 75 ióc$\breve{o}$n adsímu-

v. 156. De „est“ omisso cfr. Brix. ad Men. v. 337, R. p. 63.

v. 316. Cfr. R. p. 89., v. 319 Camerar. „verba fieri.“

v. 522. Versus est iambicus, non trochaicus, qualem Geppert. transpositione („hæc nominat“ „illi ego“) et additamento („meo“) fecit.

[1]) cfr. Wagner. in Aulul. præf. p. 20 sq., Brix. in Trin. præf. p. 13., Buech l. l. p. 48.

lem an sério?[2]), Bacch. v. 546 málo malum ínveniúnt suo, Pers. v. 645 bono génere nata, Pers. v. 795 — quo módo me hodié vorsávistí?[3]), Pers. v. 843 — Meo ego ín loco séduló cúrabó,[4]) Pseud. v. 569 Novo módo novom áliquid, Pseud. v. 601 Novo cónsilió, Pseud. v. 168 — cito céleraté[5]), Most v. 548 Quómódo pultáre pótui, Most. v. 888 — cibo pérducí poterís quovis[6]), Pœn. v. 295 Bóno med ésse ingénio ornátam (A, me ingenio esse B, ingenio me esse C P), Cas. v. 715 cum nóvo maríto, Cas. v. 729 neque hoc dédecus quómodo[7]) célem, Ep. v. 567 — domo prórsum, Ep. v. 689 Quómodo? mé ludós fecísti, Ep. v. 710 Nóvo libérto opus ést, Capt. prol v. 18 Domo quém —, Aul. v. 589 Eódem módo servóm —, Rud. v. 937 — sine bóno pulménto, Pers. v. 485 Dic bóna fidé, Most. v. 262 Nóva pictúra.

Tertiæ declinationis ablativi primo in „ed" vel „id" exierunt, postea in „e" et „i" correpti sunt. „i" litteram in exitu vocabulorum productam esse nemo negavit, set etiam „e" produci a Plauto demum recentiores docti cognoverunt.[8])

Certamen vero est, utrum illa „e" littera natura longa, an demum d littera abiecta producta sit. Jta perstrinxit Christius in Mus. Rh. n. XXIII p. 564 not. 2 W. Wagnerum, qui „e" natura productam contendit.[9]) Christius admodum errat, si „d" littera abiecta præcedentem vocalem produci posse opina-

---

[2]) Buech l. l. p. 48.

[3]) V. est anapæsticus octonarius.

[4]) V. anapæsticum octonarium Ritschelius in trochaicum oct. falso mutavit.

[5]) V. est anapæsticus.

[6]) V. est anapæstic. cfr. Lorenz. ad h. l.

[7]) Buechelerus l. l. p. 48 „quōmŏdō", quae est primaria prosodia, (Cfr. Stich. v. 242, Merc. vv. 331, 826, Most. v. 738, Pseud. v. 675) in „quŏmŏdō" correptum esse contendit. Qua vero ratione prior o littera corripi potuerit, non satis dilucidum est; nam nulla est causa o litteram corripiendi; quare semper sic corripiendum est „quōmŏdō", quod ex accentu „quomódo" ortum esse apertum est. Cfr. Pers. v. 795 - quomódo me hodié vorsávistí, cfr. supra.

[8]) cfr. Buech. l. l. p. 50, W. Wagner. in Mus. Rh. v. *XX*II p. 114, Brix. ad Capt. v. 803.

[9]) cfr. in Aul. præf. p. 24 „The ablativ - ending e of the third declension was originally long", et in Mus. Rh. n. XXII p. 114. cfr. Buech. l. l. p. 49 sq., qui „e" litteram in „ed" longam fuisse censet.

tur. Ea ratione nunquam a Romanis vocales productæ sunt. [10]) Etiam apud Plautum ipsum extant exempla, quæ Christium plane refellunt. Cfr. Pers. v. 487, Pœn. v. 239, Truc. II 3, 7. Reliqua exempla a me collata sunt hæc:

Stich. v. 71 Grátiam á patrḗ si pétimus (B C D, pac . . A) As. v. 873 Ílle operē forís —, Merc. v. 22 síne grandḗ (B, grandi reliq.) maló —, Merc. v. 255 máne cúm lucḗ semúl, Men. v. 478 dé me et dé partḗ (B Dc F, parti C Da Z) meá, Bacch. v. 628 múlta mála mi in péctorḗ nunc —, Bacch. v. 954 Signum éx arcḗ si périissét (A B C D): altrum aútem (etiam cod.) est Tróili mors. [11])

Most. v. 193 sití famḗque atque álgu, Most. v. 866 Mihi ín pectorḗ consilí — Pers. v. 41 nam tú aquam a púmicḗ nunc póstulás, Pers. v. 328 ne énicés famḗ: sine íre pástum, Pseud. v. 761 Omnes ordínē (ordines cod.) sub signis dúcam legionés meas, Pseud. v. 616 mílitē Macédonio, Pseud. v. 126 pubḗ [12]).

Pseud. v. 1312 Ómnia ut quidque egisti órdinē scio [13]). Glor. v. 707 Méa bona méa mortḗ cognátis (Mea. bonam ea morte cognati B, Meam bonam ea morte cognatim C) dicam. [14]), Cas. v. 50 Quasi mús in médio párietḗ vorsábere, Cas. v. 214 um úxor ḗ meá., Capt. v. 807 quí alunt fúrfurḗ (B et Pall.)

[10]) cfr. Corssen. l. l. I² p. 199 „Eine ersatzdehnung des durch schwinden eines consonanten in den auslaut gerückten vocals gibt es nicht“.

[11]) *Versus est iambicus octonarius, Rit. „perisset“ scripto v. trochaicum falso restituit. Etiam G. Hermannus iambicos v. censuit eos esse, quos Rit. nimis libere trochaicos restituit. — De „altrum“ forma cfr. Brix. ad Capt. prol. v. 8.*

sués.[15]), Capt. 914 cúm carne carnáriúm, Cist. I 1,47 lúgubre famé família péreat, Amph. 860 ex Naúcrate cognáto id cognoscám meó, Rud. v. 981 Dícat ín mare (Priscian. VII 11,55 p. 758, mari cod.) commúni cáptos.

Jn paucis locis ablativi in e desinentes corripiuntur, in iisque locis correptio accentu efficitur:

Bacch. v. 1076 Quam mágis in pectore meo foveó-, Pseud. v. 185 - nomíne quemque áppellém suo-, Pseud. v. 575 - in péctore cónditum est cónsiliúm -, Pseud. v. 941 Teneo ómnia: in péctore cóndita súnt., Glor. v. 1082 quam Júppiter éx Ope nátust (C D), Pœn. v. 827 Píce signátas-, Cas. v. 748 Omnem órdine (in ordinem cod.) rém fatéri., Epid. v. 519 — tímido péctore peregre advéniens., Truc II 7,43 — ex péctore iám promám., Capt. prol. v. 15 ópe vostrá -, Rud. v. 220 — quam córpore vítam ut sécludám, Rud. 221 ín — pectóre sunt cúræ exánimalés.[16]), Rud. v. 937 et sále, sine bóno pulménto. Etiam e littera quintæ declinationis et adverbiorum corripitur:

Glor. v. 1369 fíde nulla ésse té (fidelent ulla B), Pers. v. 243 Fíde datá credámus[17])., Capt. v. 432 — té mea fíde mittí domúm., Stich. v. 18 (in Rit. ed. v. 11) Patrem tuom meumque ádeo uníce qui unús[18]) -, Glor. v. 1024 Age age, út tibi máxime cóncinnum ést[19]), Pseud. v. 574 lepide ómnia próspereque éveniúnt[19]), Pseud. v. 603 Jam pól [qui] ego

---

[15]) Buechelerus l. l. p. 50 cur „furfuri“ scripserit non intellegitur, cfr. Wagner. in M. Rh. n. XX. p. 114.

[16]) Forsitan etiam liceat legere: pectore cet. V. enim est anapæst. Cfr. Stud. l. l. p. 54, Gepp. de cod. Ambros. p. 39.

[17]) Cfr. Buech. l. l. p. 49.

[18]) Hanc versus descriptionem tradunt codices omnes. V. sunt enim anapæstici (cfr. Buech. l. l. p. 7.), quod neque Hermannus nec Ritschelius viderunt. Crainius l. l. p. 38 descriptionem, quam Ambrosianus præbet, distractam („krause versabtheilung“) esse dicit, falso restituit Studemund. l. l. p. 29, errat Rud. Westphalus, qui initium huius scænæ pæon. esse vult, vid. ad Sophoclis Electræ v. 514 ed. Gust. Wolff. in appendice crit. p. 128.

[19]) cfr. Buech. l. l. p 47.

húnc stratióticum nún — tium advénientém probe pércutiám[20]), Pers. v. 173 — pótuissét iam fíeri ut próbe litterás scirét., Pers. v. 756 — ago, quía probe sum últus meum ínimicúm.-, Pers. v. 892 — fére sexénnis[21]).

Duo tantum exempla inveniuntur, in quibus e sine ulla causa corripitur:

Most. v. 1139 Fáteor potavísse (Acid., peccavisse cod.) amicam líberasse absénte te[22]).

Bacch. v. 1079 Scio: fúi ego (ego fui B) illa ætate ét feci illa omnía: sed more modésto.[23])

Jn ceteris locis e utrum longa an brevis sit statui non potest, quare quoniam illam correptionem accentu effici demonstravimus, veri simile mihi videtur, in omnibus illis locis, in quibus correptio accentu non efficitur, „e" a Plauto productam esse.

Ablativorum in „i" desinentium exempla sunt hæc:

Most. v. 256 múlierí (B) memoráriér (Dc, morarier B C Da), Stich. v. 364 cúm lucí (A B C D) semúl., Men. v. 1006 lucí (omn. cod.) derúpier ín viá.[24]), Cas. v. 324 Sortí sum víctus-, Merc. v. 345 in pectori (D) incerti, Stich. v 768 véteri (omn. cod.) pro vinó, Glor. v. 262 quin sermoni (B C D) suo aliquem familiarium Participaverit cet, Glor. v. 489 cum hóspiti (Ba) ádveni͡t, Glor. v. 1062 ab nemini accipiet, Glor. v. 1292 cum militi, Pœn v. 252 Veneri, Pœn. v. 827 ædi (D, æde reliq.), Cas. v. 426 in quæsitioni, Truc. II 4,20 melli (me illi B C D, melle A) dulci dulcius.[25]), Truc. II 6,14 Sine virtuti (B C D) argutum., Truc. IV 3,16 meo nepoti (B C D)[26]), Curc. v. 23 quod te aut generi indignum sit tuo, Pseud. v. 198 oneri uberi.

Etiam „i" corripi posse satis ostendunt hæc pauca exempla[26]):

---

[20]) V. enim est anapæst. octonar., Fleckeisen. anap. septenar. falso restituit.

[21]) Cfr. Wagner. Aul. præf. p. 24.

[22]) Cfr. Buech. l. l. p. 47.

[23]) V. enim est anapæstic. septenarius, vid. Rit. præf. p. XI.

[24]) „Luci" est locativus, cfr. vesperi Glor. vv. 439,995, temperi Most. v. 314 cet.

[25]) Cfr. Neue, l. l. I p. 245.

[26]) Sc. quid factum est.

Bacch. v. 1108 Jgitúr pari fortuna, aétated ut súmus utimur :: Sic ést, set tu,[27]) — Pseud. v. 762 Ávi sinístra — Jn nonnullis locis etiam adverbia in „i" desinunt, sed i littera utrum librariorum errore extiterit an Plautina sit h. l. non discernam.

Most. v. 1108 probi (cod. omn.), Trin. v. 847 mali (cod. omn.) Glor. v. 1153 maximi (C Da, maximo B). Denique in aliquot locis vice versa „e" vocalis invenitur, ubi „i" desideras: Glor. v. 1309 a mare (amore B C D).[28]), Glor. v. 664 lene (Da)[29]), Bacch. v. 1131 sine omne (Da, omni reliq.) malitia[30]), Merc. arg. II v. 3 nave (B, navi reliq.)[31]), Merc. arg. II v. 14 ab sodale (cod. omn.), Most. arg. v. 11 sodale (cod. omn.), Capt. v. 336 in proclive (B, proclivi Pall.) est, Cist. I. 1,47 lugubre famé, Rud. v. 981 ín maré commúni.[32])

Restat denique, ut de singulis quibusdam formis disseram: Glor. v. 840 B tradit „specia" pro „specie", et v. 747 „immunditia" et „munditia". — Glor. v. 126 „domu"[33]), Merc. v. 49 codices tradunt „domu", Kampmannus „domu" correxit, nam librarii ablativis „m" litteram addunt.[34]). Jdem etiam in inscriptionibus posterior. ætat. factum esse docuit Corssenus l. l. I² p. 275 sq., cfr. etiam not. — Cas. 380 codices tradunt „domus" pro „domu", persæpe enim in codicibus „s" littera ablativis sine ulla causa addita est[35]). Sed etiam vice versa „o" pro „u" invenitur[36]). Glor. v. 754 Ca exhibet „sumpto", reliqui „sumptu", Amph. v. 1138 Ba „uno parto", reliqui „partu", Trin. v. 167 Nonius „inconsulto meo", Bacch. v. 1120 C „tumulto"[37]). — Ep. v. 35 „Theti" pro „Thetide".

---

[27]) V. est anap. octonarius, non septenar.

[28]) Luditur h. l. vocibus „mare" et „amare".

[29]) Sc. advocato.

[30]) Cfr. Neue l. l. II p. 19 sq.

[31]) Jn reliquis locis semper „navi" extat. Cfr. Neue. l. l. I p. 216.

[32]) Cfr. supra p. 25.

[33]) Cfr. Buech. l. l. p. 49.

[34]) Cfr. Glor. vv. 17. 25. 43. 58. 67. 154. 204 cet.

[35]) Cfr. Glor. vv. 206. 246. 439. 440. 721, Pseud. vv. 358. 761. 877. 1020, Stich. v. 416, Pers. v. 198, Most. v. 71, Trin. vv. 679. 766 cet.

[36]) De duobus exemplis ex inscriptionibus allatis cfr. Buech. l. l. p. 49.

[37]) Cfr. Neue. l.l. II p. 369.